rato euentu. ꝛ ita intelligit Jac. de Are. hunc tex. Item dicit
hic, qđ caſus fortuitus punitur. Cōtra fortuit⁹ caſus eſt, cui re
ſiſti nō poteſt, l. ꝯctus. ĵ. de reg. iur. Ergo vr̃, qđ quis ex eo nō ď
beat puniri, q2 ſi hoc eſſet puniret̃ ſine culpa, contra l. aliud eſt
fraus. ĵ. de verbo. ſig. Sol. itellige hic caſum precedēte aliqua
culpa, l. reſpiciendum. §. delinquunt. ꝛ ibi dixi vobis ſ. eod.

1 ☞ Pena quando augeatur, ꝛ quādo minuatur ꝓpter multi
tudinem.
2 Uniuerſitas an, poſſit delinquere. nu. 4.
3 Uniuerſitas non eſt aliud quam homines vniuerſitatis, ſecun
dum philoſophos, ꝛ Canoniſtas, ſed ſcđm iuris fictionē ſic.
5 Uniuerſitas qualiter puniri poſſit.
6 Henricus Imperator damnauit ciuitatem Brixie ſubÿciēdā
aratro, ſed penam miſericordia relaxauit.
7 Bonifacius propter delictum quorundam Templariorum to
tum collegium ipſorum deſtruxit.
8 Uniuerſitate dānata in pena pecuniaria, tamen illi qui non de
liquerunt, non debent contribuere in ſolutione collecte.
9 Uniuerſitatis ſi omnes homines iuerūt ad occidendum homi
nem campana pulſata, ꝛ vexillo leuato, vniuerſitas non dicitur
feciſſe, niſi deliberato propoſito, ꝛ conſilio fecerit.
10 Uniuerſitas poteſt puniri ex delicto facto per homines de vni
uerſitate, ex ratihabitione ſecuta.
11 Uniuerſitas ex facto officialis nō tenetur niſi mandato prece
dente, vel ratihabitione ſecuta.
12 Uniuerſitate punita quādo poſſint puniri aliqui homines ſin
gulares.
13 Collecta an imponatur per ſolidum, ꝛ librā, vel per capita, vni
uerſitate damnata.

§. **Nonnunquam.** De hoc habetis in l. qđ ergo. §. pena grauior. ſ. de in
1 famib. † No. ꝙ ꝓpter multitudinē delinquentiū pena exacer
batur, qñq3 totū econtra, quod ꝓpter multitudinem delinquen
tiū pena minuitur. Quid enim ſi oēs huius ciuitatis, vel ſaltē
maior pars hominū delinquūt, minuet̃ ne pena: Dicit gl. hic ĩ
verb. multis, detrahēdū eſt ſeueritati, vbi ſtrages multorū ho
minum iacet, l. qui ceden. ſ. de ſica. Ita gl. videtur ꝯdicere tex
ſa minuendi. Reſpōdeo, qñq3 delictū eſt commiſſum a multis,
tui q2 in tex. multitudo eſt cauſa augendi penā ſed in gl. eſt cau
Quandoq3 delicta non ſunt commiſſa a multis, ſed eſt dubium
ꝛ hoc conſtat ꝛ tūc propter multitudinē pena minuet̃: vt in glo.
nec committantur propter multas perſonas aptas adhoc, tunc
exarcebatur pena, ita loq̃t tex. ¶ Iſta glo. inducit̃ p doctores
ad queſt. de vniuerſitate delinquente vtrū mitius puniat̃. Iſta
ad q̃ſtio eſt multū ſubtilis iudicio mero nā primo eſt vidēdū, an
vniuerſitas poſſit delinquere: Scđo eſt videndū, an poſſit puni
ri: Et qđ poſſit † delinquere, vr̃ tex. in l. metū. §. animaduertēdū
2 cū ſua glo. ſ. qđ met. caut. ꝛ no. in l. ſicut. §. j. qđ cuiuſq3 vniuer.
comi. ꝛ ĵ. de reg. iur. l. aliud. §. refert̃. ꝛ ibi glo. In contrarium
ndet̃, tex. in l. ſ3 ſi ex dolo. §. j. ſ. de dolo. Preterea vniuerſitas
vi

eſt nomen iuris, ꝛ non habet animū, nec habet intellectum, ergo
non pōt delinquere, l. j. §. j. ſ. ſi qua pau. ſe. dicat̃. ꝛ in l. infans. ſ.
de ſica. Et hoc vr̃ tenere Jnno. extra, de ſenten. excom. c. grauē.
Alÿ, dicunt, qđ vniuerſitas pōt delinquere omittēdo. l. iubemus
nullam nauem. C. de ſacroſan. eccl. non autem cōmittendo, p ra
tiones predictas. Horū opi. refert. Cy. C. vnde vi l. ſi quis in tā
tam in vlti. q. circa pſonas. Hoc nō placet: q2 video vniuerſitatē
delinquere cōmittendo, vt in aut. item nulla communitas. C. de
epiſc. ꝛ cle. ꝛ ĩ feud. de pace tenen. c. j. ꝛ de ſtatut. ꝯ lib. eccle. §. itē
quecunq3 communitas Quid dicemus: Breuiter ad intellectū
hui⁹ queſtionis debem⁹ videre, primo † an vniuerſitas ſit aliud
quam homines vniuerſitatis: Quidā dicūt, quod non, vt no. in
d. l. ſicut. §. j. ſ. qđ cuiuſq3 vniuerſitatis nomie. ꝛ l. j. i. fi. ſ. de col
le. illi. ꝛ hoc tenent oēs Philoſophi ꝛ Canoniſte, qui tenent qđ
totū non differt realiter a ſuis partibus veritas eſt qđ ſi qui
dē loquamur realiter vere, ꝛ ꝓprie ipſi dicūt verū. Nā nil ali
ud eſt vniuerſitas ſcholariū, ꝙ ſcholares ſcđm fictionem iuris
ipſi non dicūt verum. Nā vniuerſitas repreſentat vnā pſonam
que eſt aliud a ſcholarib⁹, ſeu ab hominib⁹ vniuerſitatis, l. mor
tuo. ſ. de fideiuſſ. qđ apparet, q2 recedētibus omnib⁹ iſtis ſcho
laribus, ꝛ alÿs redeuntibus, eadem tñ vniuerſitas eſt. Itē mor
tuis oībus de populo, ꝛ alÿs ſubrogatis idē eſt populus, l. ꝓpo
nebatur. ſ. de iudi. ꝛ ſic aliud eſt vniuerſitas, ꝙ perſone que fa
ciunt vniuerſitatem, ſcđm iuris fictionem: q2 eſt quedam pſona
3 repreſentata, d. l. mortuo. Hoc etiā premiſſo, † queritur, an vni
uerſitas poſſit delinquere: Reſpondeo, proprie non pōt delin
quere, q2 proprie nō eſt perſona, vt dictū eſt, tñ hoc eſt fictū poſi
tum p vero, ſicut ponim⁹ nos iuriſte. Si queratur an vniuerſi
tas delinquat: Dico, qđ ſic, peccatum omiſſionis pōt cōmittere
vniuerſitas. Nā ipſa vniuerſitas tenetur aliquid facere, quod ſi
omittit̃, vniuerſitas omittit, l3 hoc contingeret negligentia re
gentiū vniuerſitatem: tñ ipſa ď negligere, l. iubemus nullā na
uem. C. de ſacroſā. eccl. comuncta. l. ſi procurator. §. ſi tutorib⁹
ſ. man. in fi. In delicto vero commiſſo ſeu qđ committitur faciē
do, debes aduertere. Nā quedā ſunt, que tantū fieri poſſunt per
ipſam vniuerſitatem, vt facere ſtatuta, dare iuriſdictionē, impo
nere collectas, ꝛ ſimilia iſto caſu pōt vniuerſitas delinquere d.
aut. itē nulla cōitas. C. de ſacroſan. eccl. in aut. caſſa. ꝛ de ſtatu.
ꝯ libert. eccl. in prin. ꝛ §. item quecūq3 cōmunitas. Nec eni pōt
dici, qđ aliquis priuatus hoc faciat, ſed hoc facit ipſa vniuerſi
tas, i qua eſt illud ius, l. oēs populi, ſ. de eſti. ꝛ iur. ꝛ l. fi. C. de iu
riſd. om. iud. Quedā ſunt que non reſpiciūt iſta iura reſidentia
apud vniuerſitatē, vt committeret homicidiū, vel facere violen
tiam. ꝛ ſimila. ꝛ tūc vniuerſitas non poteſt facere proprie: quo
niam iſta requirūt perſonā veram, d. l. ſed ſi ex dolo. §. j. ſ. de do
lo. Sed q2 committi in proprie p alios regentes ciuitatem ſeu
alios quib⁹ ciuitas committit vigore ſtatuti, l. j. i ſi. cū l. ſeq. ſ. de
acqui. poſ. ꝛ de liber. vniuer. l. j. ꝛ ita itelligo. l. metū. §. animad
uertendū. cū ſua gl. ſ. qđ me cau. ꝛ l. aliud. §. refertur. cū ſua gl.
a ĵ. de reg. iur. ¶ Hoc premiſſo † quero, an vniuerſitas a poſſit pu
4 niri: Doct. dicūt qđ ſic ſed alterabitur pena. p hāc gl. Ita Cyn.
dicit in precalleg. l. ſi qs in tantam. ſed do. Inn. tenet, qđ vniuer
ſitas nō poteſt puniri criminaliter ſed poteſt cōueniri ciuiliter
Ita dicit in c. dilectus. ÿ. verſ. itē vniuerſitas. extra de ſimo. ꝛ d.
c. grauē. de ſen. excom. Mihi vr̃ quod dicat ꝯ caſum in feud. ti.
de pace tenēda, ꝛ iura. fir. §. j. vbi ď, qđ ſi ciuitas vel cāſtrū deli
querit rūpendo pacem punitur. Quid ergo dicemus: Aduer
te, rationes que monebāt Inn. erāt iſte ſi vniuerſitas puniretur
criminaliter ergo punirētur pupilli, ꝛ infante:, qui nō cōſenſe
runt; qđ eſſet iniquū. Preterea, cū mortuis omnibus homini
bus, ꝛ alÿs ſubrogatis, eadē ſit vniuerſitas ergo illi qui poſtea
naſcerētur punirent̃. qđ eſſet abſurdum. Mihi vr̃ ſic dicēdum
qđ pro delicto non eſt dubiū, qđ poteſt vniuerſitas cōueniri ciui
liter in eo qđ ad eam peruenit. d. l. metum. §. animaduertēdum
ſ. qđ met. cau. ꝛ l. ſed ſi ex dolo. §. j. ſ. de dolo. De eo vero qđ nō
peruenit, an poſſit ciuiliter, vel criminaliter cōueniri. puto. idē
iuris eſſe. In quo dico ſic. Quedā ſunt delicta ꝓpter que fili⁹ pu
nitur ꝓpter patrē, vt in crimine legis Jul. maieſtatis. ꝛ in crimi
ne hereſis: vt C. ad leg. Jul. ma. l. quiſqs. §. j. extra de hereti. c.
ſtatutā lib. vj. ꝛ ď pe. c. felicis. li. vj. tūc iſto caſu pōt vniuerſitas
criminaliter puniri, vt fuit factū de Carthagine, que paſſa eſt
aratrū: vt ſ. qui. mod. vſuſſ. amit. l. ſi vſuſfructus. † Et ego vidi
b ſententiā b diffinitiuā Imperatoris Herici. quā dedit ꝯ ciuita
tem Brixie, que fuit ſibi rebellis. in qua dicebat illā ciuitatē eſſe
c ſubÿciēdam aratro, quam penā ex miſericordia relaxauit: c que
ſentētia diffinitiua, eſt lex. l. ÿ. C. de legi. ꝛ ĩ iſtis ceſſant rationes
Inn. vbi poſſunt puniri paruuli propter maiores ꝛ deſcēdētes
3 ꝓpter ciuitates ſuas. Et ita fecit Papa † Bonifacius. q2 ꝓpter
delicta quorūdam Tēplariorū, totū collegiū Templariorū fuit
deſtructū q2 erant heretici. Quedā ſunt delicta, in quibus fili⁹
non

non punitur ꝓpter patrē, ⁊ hoc in caſibus, in quib⁹ dixi vniuer
ſitatē delinquere, vniuerſitas ipſa punietur. Tamē in modo pu
niēdi eſt differētia: q2 ſi qdē pena cadit in vniuerſitatē, ita qḋ nō
in ſingulos de vniuerſitate, vt ſi dꝫ publicari aliqua res vniuer
ſitatis, ipſa vniuerſitas puniet̄, d. l. iubemus nullā nauē. C. de ſa
croſan. eccl. Sed ſi eſſet talis pena, que eque caderet in vniuerſi-
tatē, ⁊ in ſingulos, vt eſt pena pecuniaria, tūc ſi qdē eſt collegiū,
vt collegiū priorū, qui ſunt numero decē, vel ſimiliū, nō punient̄
oēs de collegio: ſed tantū illi q cōſenſerūt. Caſus eſt in l. j. circa
prin. ff. de ma. cōue. in eo qḋ dr̄, qui preſentes fuerunt, ⁊c. Sed ſi
eſſet collegiū magnum, ⁊ diffuſum, vt eſt populus, ſeu aliqua cō
munitas, tūc q2 diſcernere conſentientes a nō conſentientib⁹ eſ
ſet difficile, tota ciuitas, ⁊ tota vniuerſitas puniet̄, vt dicta aut.
itē nulla cōmunitas. ⁊ de pac. iura. firman. §. j. Si vero eſſet deli
ctū, qḋ nō cadit in vniuerſitatē ꝓprie, vt homicidiū, ⁊ rapina, ⁊ ſi
milia, tunc dico vniuerſitatē puniri more priuatorū, ſi pena pōt
in vniuerſitatē cadere, d. l. metum. §. animaduertēdū. Sed ſi nō
poſſet cadere talis pena, vt eſt pena decapitationis: nā vniuerſi
tas nō poteſt decapitari, q2 non hꝫ caput verū, ſed fictū, tunc il-
la pena alterabit̄ in aliam. ar. huius gl. ⁊ d. l. quid ergo. §. pena
grauior. ⁊ l. hos accuſare. §. omnibus. in fin. C. de accuſa. Dices
tu, quare nō amputat̄ illud caput fictū, hoc eſt diſſoluatur colle-
giū, ſeu vniuerſitas illa? Rñdeo, q2 ſequeret̄ illud inconueniēs,
qḋ dicebat Inno. q2 punirent̄ nō culpabiles. Dices tu, Certe ⁊
in pena pecuniaria illud cōtingit inconueniens: q2 collecta im-
8 ponit̄ illis qui nō deliquerūt. Certe ⁊ in veritate ego †concede-
rem iſtud, qḋ lꝫ ſuperior totā vniuerſitatē condemnet, vt dixi, tñ
illi qui nō deliquerūt, non debent cōtribuere in ſolutione colle-
d cte ᵈde iure, arg. d. l. j. circa prin. ff. de ma. conue. Et hoc vidi in
9 quadā ſentētia diffinitiua Imperatoris Henrici. ¶ †Alterius
quero, oēs homines de iſta vniuerſitate iuerunt ad occidēdum
quendā, vtrū dicat̄ vniuerſitas occidiſſe: gloſ. in l. ſicut. §. j. ff. qḋ
cuiuſqꝫ vniuer. no. mouet hāc queſtionē, ⁊ nō determinat: ſed ve
ritas eſt iſta, qḋ tunc vr̄ facere vniuerſitas, qñ deliberato ꝓpo-
ſito, ⁊ conſilio hoc facit, alias non dr̄ facere vniuerſitas, ſꝫ dicunt̄
facere ſinguli. Caſus eſt iudicio meo, in l. ſemꝑ. §. ij. ff. qḋ vi aut
clam. Et hoc vr̄ tenere gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de re. iur. Iſto
ergo caſu nō poſſet fieri inquiſitio ꝯ vniuerſitatem, ſed contra il
los homines ſingulares, qui hoc fecerunt. Plus dico, quod ſi le
uato vexillo, ⁊ pulſata cāpana iuerūt ad hoc faciendū, quod non
dicatur delinquere vniuerſitas, ſi deliberatio nō preceſſerit, vt
dictis legibus. ⁊ iſto caſu illi, qui eleuauerūt vexillum, ⁊ campa
nam pulſauerunt, magis dicuntur incitatores perſonarū, quā
vniuerſitas dicatur hoc facere. De hoc loquitur C. de ſeditioſ.
per totum ti. Et iſto modo qḋ precedat deliberatio, intellige gl.
in d. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod me. cau. Puto ta-
10 men, †quod poſſet ſequi ratihabitio ꝙ ſufficeret ad puniēdum
vniuerſitatem, vt ſi per vim expulerint me de Caſtro, ⁊ vniuerſi
tas illud ſibi retinet, d. l. ſed ſi ex dolo. §. j. ff. de dolo. ⁊ l. j. §. deie
ciſſe. ff. de vi ⁊ vi arma. quod etiam tenet Inno. in d. c. grauem.
11 ¶ †Quero, an ex delicto officialis teneat̄ vniuerſitas? Videt̄ qḋ
nō, q2 vniuerſitas non vr̄ mandaſſe officiali, quod delinquat: l. ſi
procurator. ff. de condi. inde. Non ob. d. iubemus nullam nauē.
q2 ibi officialis negligit non faciendo aliquid ⁊ ideo videtur qḋ
ex facto officialis non teneatur, niſi ſecuta ratihabitatione, vel
mandato precedente. De hoc tamē Cy. diſtinguit latius in pre-
all. l. iubemus nullā nauem. ¶ Quero ſi eſt punita vniuerſitas,
e †an poſſint puniri aliqui homines ſingulares? ᵉVidetur qḋ nō:
quia ſecūdum hoc de delicto eiuſdem hominis bis quereretur.
Dico ſic. Quedam ſunt delicta, que dicuntur fieri per vniuerſi-
tatem, vt dixi, ⁊ in illis ſola vniuerſitas poteſt puniri, tanquam
faciens: alij ſingulares poterunt puniri tanqꝫ inſtigatores, ⁊ fie
ri facientes, l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. ⁊ l. hec verba. ff. de adult.
cū ſimilib. Sed in delictis, que non fiūt proprie ꝑ vniuerſitatē,
erit totū cōtra, q2 faciētes punientur de delicto, vniuerſitas ve-
ro punietur tanquā fieri faciens, vel tanquā ratū habens ſuo no
13 mine, vt ex ꝑdictis apparet. Et ex hoc habes practicā. ¶ †Vl-
timo, quero, condēnata vniuerſitate, vtrum imponetur collecta
per ſolidū ⁊ librā, vel capita? Dixi in l. iiij. §. actor. ff. de re iudi.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quero an vniuerſitas. Adde In. in c. cū ex iniūcto de
ope. no. nūc. ⁊ doc. oēs in c. dilectus. ij. de ſimo. ⁊ adde, ꝙ vniuer
ſitas nō dr̄ cōtumax, antequam congregari potuerit, l. j. C. de li-
bert. vniuerſi. Et an appellatione hominū veniat vniuerſitas.
dixi poſt Bar. in l. ij. de verb. ſig. ff. Quomodo autē vniuerſitas
poſſit citari, vide in l. nō pōt. de re. iur. ⁊ in l. metū. §. animaduer
tendū eſt. ff. quod me. cau. ⁊ quō debet citari, dixi in l. ſicut. §. j. ff.
qḋ cuiuſqꝫ vniuerſi. nomi. Et an ꝑ cōtumaciā vniuerſitas depo-
ni poſſit, ⁊ priuari priuilegijs, no. o ſen. excō. c. qḋ de his. ⁊ c. gra
uē. ⁊ refert Bal. in c. j. de milit. vaſ. qui cont. eſt. Adde qḋ Bal.
de pa. conſtan. in ver. vniuerſitate. dr̄, quod ibi eſt tex. qḋ vniuer-
ſitas damnum dare dicitur. ⁊ qḋ maior pars facit, tota vniuerſi
tas feciſſe videtur. l. quod maior. ff. ad muni. Item ſi aliqui cou-
ſiliarij ⁊ antiani faciant, videtur id facere ipſa vniuerſitas. alle.
de vi ⁊ vi ar. l. ſi vi me. Et ideo videmus ꝙ vniuerſitas accuſata
reſpondet per ſyndicum ſuum habentem ſpeciale mandatū a ci
uibus. C. de re mil. l. tam collatores. li. xij. nec requiritur qḋ ille
ſingulares perſone, que delinquunt, nominentur in ſyndicatu: q2
nō conſtituit̄ ſyndicus nomine ipſorū, ſed vniuerſitatis, l. in tan
tū. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. Et no. ꝙ faciliùs fit inquiſi-
tio cōtra vniuerſitatē, quā cōtra ſingulares perſonas: q2 delictū
magne vniuerſitatis nō pōt eſſe niſi notoriū, ⁊ famoſum: vt C. de
off. rec. prouin. l. iuſtiſſimos. ⁊ ar. extra de iudi. in c. exhibita. ſal
uo eo qḋ no. Inſti. de pub. iud. in prin. ⁊ in c. fi. de dolo ⁊ cōtum.
Imo ſi iudex vult inquirere cōtra ſingulares perſonas, oportet
qḋ fama ſit ſpecialiter cōtra eos, ⁊ non per procuratorē, ſi cauſa
exigat retentionē perſone, c. eos qui. de ſent. excō. li. vj. ⁊ aliquā
do iſta detentio eſt arbitraria aliquādo neceſſaria. Adde quod
Bal. de pa. cōſtan. in verſ. ſi qui ex parte. dixit notandū, quod ci
uitas poteſt obligari per iuſiurandū, ⁊ ſub iureiurādo paciſci,
licet nō habeat animū. Vnum dicit, quod hoc iuramētum eſt re
ferendū ad animum ciuium, per ea que no. In. de ſent. excomm.
in c. grauem. Item adde predictis no. per Bar. per illum tex. in
auth. item nulla communitas. C. de epiſcop. ⁊ cle. ⁊ in l. huma-
nū. C. de legib. ⁊ per do. Io. And. ⁊ Petr. de Anch. in c. dilect⁹
filius. de ſimo. per Bar. in tracta. qui ſint rebelles. in ver. rebel
lādo. ad fi. vide Bal. in l. j. §. j. quod cuiuſque vniuerſi. nomine.
⁊ Spec. in tit. de accu. in prin. verſic. ſed nūquid poſſit. ⁊ Bald.
in l. metum. § animaduertendum. quod met. cauſa. ⁊ in l. ciuita-
tes. qḋ cuiuſqꝫ vniuerſi. Cy. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vir. in
verſ. ſed pone. Et vide Bal. in l. Polla. C. de his, qui. vt indig.
⁊ in l. data. C. qui accuſ. Bal. in l. etiam. C. de execut. rei iudic. in
ver. ⁊ ego. Bal. in l. ſicut. § ſi quid, quod cuiuſque vniuer. nom. ⁊
quod notat Bald. in auth. ad hec. in vltim. colum. C. de vſuris.
ibi, non conſentientibus eſſet difficile. Vide no. per Inn. ⁊ Ioā.
Andr. in c. j. de his que fiunt a ma. parte ca. Bal. in authent. ſed
omnino. ne vxor pro marito. ibi, criminaliter ergo punirentur
pupilli. Sed qualiter fiet executio contra pupillum, vel vniuer
ſitatem, vide Bal. ſin. in l. etiā. C. de execu. rei iu. quod not. Ad-
de, an vniuerſitas poſſit puniri ⁊ cōueniri, Ang. cōſi. clx. ⁊ cxcvi.
vide etiam Aldr. in conſi. clxvj. ⁊ cccxv.
b Alex. ¶ Vidi ſententiā. Adde qḋ no. Bar. ⁊ que ibi dixi in l. he
reditatem. ad leg. Fal. vide qḋ no. Bal. in aut. habita. C. ne fil. ꝑ
pat. Et qḋ ciuitas interdicta ⁊ condēnata, non redimet priuile-
gia ciuitatis: ⁊ ꝙ ciuitas poſſit dānari de crimine leſe maieſta-
tis ⁊ bona dari in predā, tenet Bal. in l. ex teſtamento. C. de teſt.
milit. ibi, vt ſi dꝫ publicari. Adde, qḋ in cauſa capitali vniuerſi-
tatis pōt interuenire procurator. Ita fuit deciſum per glo. in l.
ſed ſi hac. §. fi. de in ius voc. ⁊ per Bal. in l. ij. ff. de accuſa. ⁊ vide
in materia d. Abb. in c. j. de poſtula. prela.
c ¶ Claud. de Seyſſell. Relaxauit. Quid autem ſi ciuitas aliqua
vt victa ſimpliciter ſe dedat ſine aliqua pactione, alicui princi
pi vincenti, quid poſſit talis princeps facere, vide Bal. in ru. C.
de dedit. libert. tollen. Quid autē ſi talis ciuitas reuertatur ad
obedientiam an per hoc videantur remiſſa banna, ⁊ alie pene,
vide Bal. ⁊ alios in l. filio quem pater. de liber. ⁊ poſthu.
d Poma. ¶ In ſolutione collecte. Hanc autem doctrinam Bar.
hic, tenet ⁊ ſequitur do. Abb. in c. dilectus. ij. circa fin. de ſimo. ⁊
in c. in Geneſi. de ele. ⁊ tenuit Io. And. in c. felicis. §. j. de penis.
in vj. in nouella. ⁊ ibi Gemi. multum no. ⁊ Cardi. Flo. in cle. j. ſu
per verbo, ciuitas. de penis. ⁊ Ang. in conſi. clxiij. incip. cū mul
titudo. Et ꝑ iſtā doctrinā Bar. inuenio cōſuluiſſe Pau. de Caſ.
conſ. lxxvj. incip. in cauſa Fortij, ꝙ cum homines eiuſdem vil-
le poſuiſſent ignem ad fenum certi nobilis ꝙ non ſufficiebat ad
hoc, vt procederet libellus, probare homines ville ignē poſuiſ-
ſe, niſi etiā probaretur ꝙ hoc facerent animo deliberato, prius
propoſito, ⁊ cōſilio. ⁊ Io. de Ligna. in clem. j. de pen. referendo
Imo. ⁊ do. Card. in ij. q. vbi per eū, alias ſe corā Papa defendiſ
ſe ciuitatē Bono. dicendo, qḋ proximis annis pro ciuitate Flo
rentie d. Fr. de Are. cōſi. clxiiij. incip. ſicut Ioannes dr̄ in Apoc.
Et ꝑ hāc doctrinā debes limitare gl. in l. ſed ſi ex dolo. in princ.
ff. de dolo. que vult, qḋ ſi per ciuitatem concurrunt homines ci-
uitatis, ⁊ comittatur aliquod delictum, ꝙ teneatur ciuitas, qḋ
debet intelligi ſi prius conuocato conſilio, vt hic per Bar. ⁊ vide
Fely. c. cum omnes. de conſti. ⁊ plene Ana. ad hoc in d. ca. dile-
ctus. ⁊ Anch. conſil. clviij. vbi declarat. Vide etiam Cepol. cōſ.
xix. ⁊ Anch. clxv. ⁊ Ald. lxv.
e Alex. ¶ Quero. Si eſt punita vniuerſitas, an poſſint puniri ho
mines ſingulares, vide per Ioan. And. in c. fin. de pen. in vj. vbi
dicit, quod ſic, q2 quod debet vniuerſitas, non debent ſinguli. ⁊

econtrario.l.ſicut.§.j.qđ cuiuſq; vniuerſita.Itē poteſt vniuerſi
tas teneri.⁊ non ſinguli. Ita dicit fuiſſe factum in ciuitate Ui-
terbij.arg.l.ſemper.§.in ſepulchro.quod vi aut clam.q2 alia pe
na eſt in peccatis vniuerſitatis,alia in peccatis ſingulorum,vi-
de l.ne quid.ſupra.de incen.ruin.naufrag.

LEX XVII.

1 ☞Fratres minores licet non poſſint habere propriū an poſ-
ſint petere ex cauſa alimentorum.
2 Banniti an equiparentur deportatis, vel damnatis in metal-
lum.

Quidam ſunt ſerui. Oppo.⁊ videt, ꝙ damnatis in
a metallum poſſit relinqui,[a] l.ſi in metallum. š.de his
que pro non ſcrip.ha.⁊ l.legatum.š.de capitu.dimi.
1 Sol.qđ hic dr,fallit in cauſa alimentorum,vt ibi.Hoc†facit ad
queſtionē,an fratres minores,vel alij,q non poſſunt proprium
habere,ſaltē poſſint petere ex cauſa alimentorum,qđ dixi plene
in l.ſeruos.š.de ali.⁊ ciba.leg.¶Secūdo dicit hic,ꝙ deporta-
ti retinēt ea que ſunt iuris gentium:ſed nō ea,que ſunt iuris ci-
uilis,ſecundū hoc contra,q2 ex pctu iuris gentium oritur actio,
que eſt iuris ciuilis,⁊ obligatio ciuilis,que eſt de iure ciuili, vt
Inſtit.de obligatio.§.j.ergo iſti nunquā poterunt petere aliqd.
Reſpondeo,in iſtis,in quibus obligatio reſeruatur de iure gen
tium,conceditur eis habere actionem, l.ſi mandauero.§.is cu-
ius.š.manda.⁊ de re iud.l.ſi victum.cum ſua glo.ideo illud qđ
gl.dt,qđ poſſunt vēdere,⁊ emere,non eſt ſine effectu: q2 habebūt
actionē,l3 ſint iuris ciuilis.Item oppo. qđ nemo fiat ſeruus ex
ſupplicio,vt in aut.ſed hodie.C.de donato.inter virū ⁊ vxorē.
Dixi plene in d.l.ſi victum.Rńdeo, qđ ille leges in hoc hodie
corriguntur,qđ nullus dānatus,qui d3 ſuperuenire efficitur ho
die ſeruus:ſecus ſi nō d3 ſuperuenire,vt infra eod.l.qui vltimo.
2 ⁊ ibi dicā.†Ultimo † iſta lex facit,quid perdāt exbanniti, ⁊ vtrū
equiparentur deportatis,vel ad metallum damnatis:Non exa
mino hic,ſed examinaui in queſtione quam feci de hoc.

ADDITIO.

a Alex.¶Poſſit relinqui.Dānato in metallum,⁊ deportato, an
ad pias cauſas poſſit relinqui,vide Bal.in l.j.C.de ſacro.eccl.
ibi,quid hodie differat dānatus in metallū a deportato.Et vide
Bal.in l.cūctos populos.de ſumma trini.de dānato ad mortē,
qui fuit acceptus de manib9 familie,qđ tamen remanet ſeruus.
Et qualiter d3 intelligi iſta lex vide in Spec.de accuſa.in proe-
mio.vide omnino in regula,peccati venia.de reg.iur.lib.vj.ibi,
ſecundo op.Dicitur hic,deportati,quid ſi fiſcus non vult bona
deportati, an poterit agere deportatus pro bonis illis: Uide
Bal.in l.ſi vero.in prin.ſupra,qui ſatiſ.cog. Adde que poſui in
l.j.C.de ſacroſan.eccle.

LEX XVIII.

a Cogitationis.[a] De hoc dic vt p doct. in l.ſi quis nō dicā rape
re.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ per Dy.in c.peccati.extra de re.
iur.lib.vj.⁊ tāgam in l.j.in prin.š.de extraor.crimi.

ADDITIO.

a Alex.¶Cogitationis.Ad iſtam legem adde no.in c.felicis.de
penis.⁊ quē dixi in l.j.in fi.quod quiſque iur.

LEX XIX.

1 ☞Iudex nemine defendente, poteſt ex officio inquirere defen
ſiones rei.

a Si non defendantur.[a] Not.†qđ iudex po-
1 teſt inquirere ex ſuo officio defenſiones rei, nemine
defendēte,vt hic,⁊ in l.j.in fi.š.titu.j.⁊ ibi dixi.Et ſic
facit, ꝙ iudex in cauſa criminali poſſit inducere teſtes a parte
non productos.Et ita per hanc legem determinaui in queſtio-
ne,quam diſputaui Piſis.

ADDITIO.

a Alex.¶Si non defendātur.De materia huius legis no.Bar.
in l.j.§.ſi quis vltro.š.de queſtio.⁊ idem Bar.in l.iij.§.hoc au-
tē iudicium.š.de dam.infec.⁊ ibi vult ꝙ quis poteſt innocentiā
ſuam purgare iuramento a delicto, de quo fuit inquiſitus.vide
que dixi poſt Bal.in l.data opera.C.qui accuſa.

LEX XXII.

1 ☞Aduocatus vel doctor antiquus,an poſſit ſeruire per ſubſti-
tutum.

a In metallum.[a] Facit ad queſtionē ꝙ doctor vel aduocat9 an-
1 tiquus poſſit ſeruire per ſubſtitutum. † De quo dixi
in l.nemo eſt qui neſciat.š.d duob.reis, ⁊ l.cōtinuus.
§.cum quis.š.de verbo.obligat.doctores tangunt in l.j.§ ne au
tē.C.de caducis tollend.

ADDITIO.

a Alex.¶In metallum.Uide Bar.in l.in furti.§.j.š.de furt.

LEX XXIII.

1 ☞Damnatus in metallum ad tempus.intelligitur de decēnio,
ſi autem eſt damnatus ſimpliciter,intelligitur perpetuo.

a Sine prefinito.[a] Hec lex eſt no.⁊ ſingu-
laris, ⁊ forte non repe-
ries ſibi concordantem.Opp.C.eo.l.ſeruus.Reſpō-
deo,quandoq; quis damnatur in metallum ſimplici-
ter,tunc intelligitur perpetuo, vt ibi. Quandoq; damnatur ad
tempus,ſed tempus non exprimitur,⁊ tūc intelligitur de decē-
1 nio.†Caſus eſt hic no. Quandoq; damnatur ad bene placitum
iudicis.tunc dic vt dixi in l.centeſimis.š.de verb.obl.⁊ per do-
cto.in l.fi.C.de contrahen.emptio.

ADDITIO.

a Alex.¶Sine prefinito.Iſta eſt lex ſing.nam habemus alibi,ꝙ
vbi lex dt,in diebus,intelligitur in duobus,l.inter illam.§.j.de
verb.ſignifi.⁊ no.gl.in verb.calendas.in fi.in l.eū qui calendis.
de verb.ob.vide Bar.in l.ſi quis adulterium.§.j.de adult. Itē
dū lex dt de trib9 terminis,intelligitur de trib9 annis tantū, vt
eſt caſus no.⁊ Bar.ibi,in l.iij.§.ſed ſi ita.de annu.lega. Itē vbi
lex dt,per tēpora,intelligit de duob9 annis,vt no.gl.iuncto tex.
⁊ ibi Bal.in l.vſure per tēpora.C.d vſur.qđ non puto verū per
iſtū tex.⁊ gl.hic,in ſecunda ſolutione hoc ſentit:ſed contra iſtum
tex.in l.qđ ſi nolit.§.ſi quis ita.ff.de edil.edic.vbi in dubio intel
ligitur de duobus,vt ibi dixi.Itē iſtum tex.limita non habere
locum in interlocutoria,per l.fi.in prin.j.eo.⁊ habetur in l.j.C.
de poſtuland,Quid ſi lex dicat nō multum tēpus:Certe intelli-
gitur per ſex menſes,ſm vnum intellectum in l.excipiunt.ff.ad
Sylla.vide Bar.omnino,in l.ſi adulteriū.§.j.de adul.⁊ Bald.
dt,ꝙ non eſt alibi,in l.j.C.de poſtu.Et vide ad bene placitū iu-
dicis,an intelligatur eſſe perpetuum,in l.ſufficit.š.de condi.in-
debi.vide Domi.in c.fi.de reſcrip.in vj.⁊ in c.ſi gratioſe.eo.tit.

LEX XXIIII.

1 ☞Arma expulſi de ciuitate ob rebellionem, vbicunq; ſunt pi-
cta in ſui honorem,deſtruuntur.

Eorum. Not.quod quando aliquis eſt expul-
ſus de ciuitate propter proditionem
1 vbicunque†arma eius ſunt depicta in ſui honorem,
debent deſtrui.

LEX XXV.

1 ☞Diuturnitate tēporis an pena aggrauētur, vel ſubleuetur.

Si diutino. Op.⁊ videtur,ꝙ ppter diutur
nitatē temporis pena aggra-
1 uetur,†l.aut facta.§.tēpus.š.eo.ti.Uera ſol.eſt iſta,
que tangitur in prin.gl.quedam ſunt delicta momen
tanea,que reiterationem nō recipiunt, ⁊ tunc qui tale delictum
cōmiſit antiquo tempore,⁊ nunc de eo punitur,pena d3 aliquali
ter ſubleuari.⁊ ita loquitur hic,quod intellige,ſi tempore recen
tis maleficij commiſſi de hoc non fuit cognitum. Secus ſi in re-
centi tēpore fuit cognitū.ſed ppter eius abſentiā ⁊ contumaciā
pena fuit dilata,l.ij.C.de requi.reis.Quedā ſunt maleficia,que
l3 ſint momentanea,ſunt tamē reiterabilia,vt in adulterio, ſi ali
quis tenuiſſet aliquā vxorē ſuam in adulterio lōgo tempore, de
beret propter hoc acrius puniri,l.mariti.§.ſex menſium.⁊ qđ
ibi no.š.de adul.facit j.eod.l.capitalium.§.ſolent.⁊ §.famoſos.
Quedam ſunt delicta,que nō ſunt nomentanea,ſed habent actū
ſucceſſiuum,vt quando aliquis eſt fugitiuus,vel emanſor, tunc
pena d3 augeri,non diminui, l.aut facta.§.tempus.š.eod.titu.

LEX XXVI.

1 ☞Sententia diffinitiua lata ſi apparet de innocentia rei,po-
teſt abſolui de gratia ſpeciali.
2 Et poſt concluſionem cauſe admittitur in criminalibus proba-
tio per inſtrumenta.

a Diui fratres.[a] Tene menti hanc legem,
1 ⁊ nunꝙ obliuiſcaris.†No
ta ꝙ poſt ſententiā diffinitiuā,ſi apparet de innocen-
tia rei pōt abſolui ex gratia ſpeciali,vt hic, ⁊ dixi in
b l.j.§.fi.š.de queſtio.qđ tene menti.¶Secundo not.caſum,[b] in
quo ſententia reſcinditur pretextu inſtrumentorum de nouo re
pertorum.Contra hoc oppo.de l.imperatores.š.de re iu.Sol.
non reſcinditur de iure cōmuni,ſed ex principis beneficio ſic.
2 ¶†Ex hac l.credo,ꝙ poſt concluſionem cauſe,⁊ poſt teſtiū pu-
c blicatione admittat probatio[c] ſicut dixi de teſtib9 recipiendis
i cauſa criminali,ꝙ poſſunt recipi poſt cauſe cōcluſiōe ⁊ teſti pu
blicationem in cauſis criminalibus. dixi in l.š.de queſtio.

Additio.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Diui fratres. Iſtum tex. alleg. no. Bar. in l. in re furti ua. §. j. ſ. de condi. furt. vide Ab. in c. ij. de pur. vul. iſtum text. alle. Bald. in l. error. ad fi. C. de iur. ⁊ fac. igno. De reuocatione erroris iudicij per eundem in l. diem proferre. §. nũc dicendu3. de arbi. per Bar. ⁊ Bal. in l. ij. de ſenten. ex breui. reci. C.

b Alex. ¶ Not caſum. In cauſis criminalibus poſtquam eſt cõcluſum in cauſa admittatur probatio, habet per doct. ⁊ ibi dixi in l. admonendi de iureiurãd.

Alex. ¶ Admittatur probatio. Adde Bal. in l. j. C. de condict. indebi. in verſic. quarto quero. ⁊ habes ĩ l. imperatores. ff. ð re iudic. In cauſa autem ciuili inſtrumenta non poſſum produci poſtquã eſt cõcluſum in cauſa, niſi eſſent de nouo reperta, ſecundum Bar. in d. l. admonendi.

LEX XXVIII.

Capitalium. §. Solent. Text. ibi, ſe acclamationib⁹ populariũ accõmodare, id eſt, acclamare, vt turbent populares, dum falſo clamant foras, vel arma.

a Nonnunquam. [a] Op p. C. de ſeditio. l. j. dicit gl. illa lex debet intelligi ſecũdu3 iſtam. † Tu dic quãdo que iſti faciunt tumultum p laſciuiã, ⁊ tunc debet procedi eo ordine, qui ponitur hic. Quãdoque faciunt rumorem ex propoſito, acclamãdo fortiter, q̃ mouantur illi qui regunt, ⁊ tunc habet locum titulus de ſeditioſis.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Nonnũq̃. Adde qð no. Bar. in l. conſtitutiones. de appella. ⁊ no. de illo qui clamauit ad arma, ad arma. Et quid de illo qui clamat ſuccurrite, vide Bar. in l. iij. §. adiectum. vi bo. rapt. Et ad iſta vide Bal. in l. ij. C. de eden. ⁊ in l. j. eo. tit. ⁊ in l. fallaciter. C. de abolitio. de rumore in populo ⁊ tumultu clamãte, vide gl. ſeq que incipit, bene facit. ⁊ vide ad materia3 in l. obſeruare. in fi. de offic. proconſul.

a §. Serui ceſi. [a] Nota q̃ ſicut homines nobiles ex cõſuetudine non ſuſpendũt, nec patiũtur iſta viles penas, idem de alijs popularibus, ⁊ diuitib⁹, ⁊ honeſtioribus.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Serui ceſi. Bene facit glo. xlj. diſt. non cogant. in glo. que incipit, arg. ⁊ qð no. Bal. i l. nobiliores. C. de cõmer. ⁊ mercatorib. ⁊ iſtud dictũ melius cadit ſuper hac l. ſ. nõ omnes. Ad iſtum §. adde que not. Bar. in l. ij. in fin. ſ. eod. ⁊ do. Abb. i c. paſtoralis. in fin. in p̃n. in vltimo not. extra de offic. deleg. Et quãdo nobilis puniatur tanq̃ vilis, vide Bal. in l. nemo. verſi. tertio oppo. ⁊ videtur. C. de ſumma tri. ⁊ fide cath.

1 ☞ Lex prebet ſecuritatem omnibus.

§. Ad ſtatuas. No. tex. ibi, cũ enim leges omnibus hominibus ⁊c. † No. q̃ leges omnibus prebent ſecuritatem. Unde ſecuritas nõ poteſt poſtulari, niſi appareat cauſa. Non enim preſumitur quis velle offendere aliquem, niſi cauſa appareat.

§. Graſſatores. [a] Opp. infra eadem l. §. famoſos. Reſpõdeo, hic loqtur, de aggreſſoribus tantum, qui maleficium non perfecerunt: ſed cõtrariu3 loquitur de his, qui maleficium perfecerunt.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Graſſatores. vide gl. ĩ §. nouiſſime. Inſti. de ſuſpe. tu.

§. Qui ob inimicitias. Materiã hui⁹ §. habes plene C. q accu. l. data opera. per Cyn. dicam in l. qui edes. ſ. de incen. rui. nau.

§. In exulibus. De hoc vidiſtis ſupra eodẽ titulo. l. relegati.

1 ☞ Famoſus latio, vel fur quis dicatur.

a §. Famoſos. [a] §. noſter intelligitur duobus modis. Uno modo intelligitur, vt latro, dicatur fur, qui clam furatur. Alio modo intelligitur de latronib⁹, hoc eſt de robatoribus ſtratarum, qui hoc faciunt publice. ¶ Secundum primã lectu. oppo. de l. fina. ſ. de furt. ⁊ auth. vt nulli iudi. §. pe. vbi p furto quis non moritur. Solu. aut eſt fur famoſus, ⁊ ſuſpenditur, vt hic. Aut non eſt famoſus, ⁊ non ſuſpẽditur, ſed aliter punitur, vt in contrario. ita dicit gloſ. hic, ⁊ in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. ⁊ in corpore vnde ſumit.

b ¶ Item oppo. q̃ pro vno furto quinque ſolidorum qui indiſtincte ſuſpenditur, vt in titu. de pace tenenda. §. ſi quis quinq̃ ſolidos. in fued. Solu concedo q̃ per illam conſtitutionẽ ſic punitur, ⁊ per eſt receſſum a legibus antiquis. Dicunt tamen quidã quod per illam conſtitutionem que eſt in titul. de pace iura. firman. iniuria. in feud. vbi dicitur, iniuria, ſed furtu3 legitime puniatur, videt̃ redire ad iſtas leges antiquas, licet gl. ibi finaliter contrariũ teneat: tamen quicquid hodie ſit in qualibet ciuitate, 3 talie ſunt ſtatuta de hoc. S3 de iure cõmuni tenerẽ illã gl. ¶ Secũdo op. prout ſecũdo modo legit̃ videt̃ q̃ debeat puniri lege Iul. de vi pub. l. iij. in prin. ſ. ad leg. Iul. ð vi pub. So. ibi qñ ſemel tantũ fecit: ſecus ſi eſſet famoſus latro, tunc pena
1 augmentaret ppter illã qualitatẽ, vt hic. ¶ † Quero, quis [c] di-
c catur famoſus latro, vel fur: Dicunt quidã, illi qui hoc ſepius fecerunt. Ita dicit gl. in aut. ſed nouo iure. C. ð ſer. fug. q̃ puto verũ, ſi cõtra eos de hoc fama publica laborabat, vt colligit̃ ex hac litera dum dicit, famoſos. Et intellige hoc de his qui pfecerũt ðlictũ, alias ſecus, vt ſ. ea. l. §. graſſatores. ¶ Ultimo gl. dicit, q̃ per Lombardiam aliter punit̃ furtum. quod dic vt in gl. ⁊ plenius in d. gl. de pace iuramen. firman. §. iniuria.

ADDITIONES

a Alex. ¶ Famoſos. Et dicit iſte tex. q̃ ibi ſuſpenduntur, vbi furtum fecerunt. Adde Salyce. in aut. ſi vero. de adul. Bar. p illũ. tex. in l. j. C. de Nili agge. nõ rumpen. Et qualiter intelligat̃ ille tex. in fi. dum dicit, ad beſtias damnati. vide gl. no. in l. ij. ſ. arbo. fur. ceſar.

b Ale. ¶ Itẽ op. An pro furto quis poſſit ſuſpendi, vide Bar. in l. leuia. in prin. ð accuſa.

c Alex. ¶ Quero qs. Quis dicat̃ famoſus latro, vel fur, vide aliquid de materia p Bart. i l. ij. ſ. de fur. Eſt ⁊ alia ſpecies furãdi, ð qua i l. fi. ſ. ð extraordi. crimi. Ang. hic dicit, q̃ nõ itelligit famoſos latrones, ni aſſidue furant̃: ſed vbi aggrediuntur cũ armis, aut vi auferũt. de ſepul. viol. l. pretor. §. aduerſus eos, qui cadauer. vide gl. in l. reſpiciẽdũ. §. delinquunt. ſ. e. ⁊ ibi quis ſit latro, ⁊ per quos actus iudicatur. ⁊ vide gl. in c. inter alia. ſup verbo, publicus latro. de immu. eccl. in fi. ⁊ facit quis dicat̃ conſuetus latro, ⁊ per quos actus indicat̃. Et dicit Cy. in l. ij. C. de rebus credi. q̃ qui blaſphemauit bis, vel ter, nõ dicit̃ cõſuetus blaſphemare. Quid de verbo, ſolere, vide Bar. in l. j. ver. q̃ro. ⁊ reuoco. C. quomdo ⁊ qñ iudex. Adde. l. iij. C. ð epiſ. audi. vbi dicit q̃ cõſuet⁹ ⁊ famoſus fur dicitur per vnũ furtum. vide Bal. in d. aut. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. ver. iij. not. p Mod. in c. ſi. de furt. ⁊ per Barto. in l. ij. ſ. de furt. Et nunquid p multis paruis furtis quis tãquam famoſus poſſet ſuſpendi, vide Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iuramẽti firman. Et differentiam iter latrones ⁊ fures. vide i auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. ⁊ Inſti. vi bono. rap. in princ. ⁊ not. canoniſte in c. ex parte. extra de teſtibus. Et quid ſi ſtatutum facit mentionẽ de robaria, vide per Bal. in aut. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. ⁊ l. ſi te. C. de infamibus. Quis dicatur predo, an qui accipit rem abſque voluntate domi. etiam ſi ſit debita, tex. eſt in l. ſi ex ſtipulatione. ſ. de acqui. poſſeſſione. ⁊ eſt gl. in l. eum qui. in verb. non tenet̃. de furtis. ⁊ no. gloſſa in auth. nauigia. C. eodẽ. Quis autẽ ſit depredator, ⁊ deportator. vide textum in l. ſi qui aduocatorũ. C. ð poſtulando. dicit ibi Baldus, quod illud vocabulum eſt parum in vſu, ⁊ in paucis locis reperitur. Adde textum in l. j. §. ff. ð abigeis. nota etiam Bald. in l. frumentum. per illum textum C. q̃ res vendi poſſunt. ⁊ dicitur furtum eſſe genus, quod continet ſub ſe rapiam, Ita dicit Bartolus in l. duobus. §. ſi quis iurauerit. de iureiuran. Et de differentia inter furem ⁊ latronem, vide in c. ex parte. ⁊ quod doctores, de reſtitut. per Ang. in §. pen. in auth. vt nulli iudi. ⁊ p Barto. in d. auth. ſed nouo iure. ⁊ Bal. in auth. nauigia. C. de furtis.

§. Maiores. Op. cõtra §. noſtrum. de l. preſbyteri. C. de epiſ. ⁊ cler. Dic vt dixi ſ. eo. l. quedã delicta.

LEX XXIX.

1 ☞ Damnatus ad mortem ſtatim efficitur ſeruus pene, ⁊ teſtamentum ab eo non valet.
2 Damnatus ad mortem poteſt examinari cõtra alios ad aliquale iudicium.
3 Lex, qui vltimo. per auth. ſed hodie. C. ð dona. inter virũ ⁊ vxorem. non corrigitur in damnato ad mortem.
4 Sententia excommunicationis, trahit ſecum executionem.
5 Sententia corporalis, non poteſt mandari executiði de ea que ſit ab homine intra decem dies qui dantur ad appellandum.

a
1 Qui vltimo. [a] Ibi, ſtatim, ⁊. No. † quod ad mortẽ damnat iſtatim efficiũtur ſerui pene. vt hic ⁊ vidiſtis. ſ. eo. ti. l. qð ad ſtatũ. ⁊ ſic iſta ſententia trahit ſecũ executionẽ, vt no. in l. ſi quis filio exheredato. §. irritũ. de iniuſt. rup. teſta. ⁊ hac gl. ideo iſtorum damnatorum ad mortem non valet teſtamentũ. Quod
b intellige [b], in damnatis ab eo, qui habuit iuriſdictionẽ, l. ij. §. ſi. ſ. eo. Et puto hoc idẽ eſſe etiam ſi euaſerint, vt ſi eſſent abrepti de manib⁹ familie poſt ſententiam latam. In preſenti nõ dico ita de bannitis, dixi in queſtione, quam diſputaui de exbãnitis.

2 ¶ †Vlterius no. qđ licet iſti ſint ſerui pene, tamen poſſunt exa
minari ad aliquale indiciū cõtra alios, vt hic in fi. dixi in l. mari
tus. ſ. ti. j. ¶ Opp. in aut. de nup. §. quod autem. poſita. C. de do
3 na. iter virum ⁊ vxorē. aut. ſed hodie. † Reſpõdeo, illud qđ hac
c lege dicitur, hodie^c corrigit in ingenuo: ſecus in liberto. Sed il
lud, qđ hic dicit, quod corrigit eſt verū in damnato in metallū,
d ſed in dānato ad mortē, nõ corrigit iſta lex^d. ſed remanet firma,
vt no. i d. aut. ſed hodie. facit l. eius qui. ⁊ quod ibi no. p gloſ. ⁊
4 Dyn. ſ. de teſta. ¶ †Vlterius lex iſta inducitur p gloſſ. noſtrā
cõtra Canoniſtas qui dicūt, ꝙ ſentētia excõmunicationis ſecū
trahit executionē: ⁊ ideo ab eo nõ põt appellari, vt extra de apel
lati. c. paſtoralis. §. fi. quod videt contra hanc legē, coniūcta l. ſi
quis filio exheredato. §. hi autē. ſ. de iniuſto rup. teſt. ⁊ qđ no. p
gl. C. ſi a nõ cõpe. iudi. l. fi. Sed quicqd gl. dicat, dico ego ꝙ ſen
tētia excõicatiõis eſt alterius nature, quā iſta: qꝛ illa eſt medici-
nalis, nõ mortalis. vt i c. j. extra, de ſen. excõ. lib. vj. ⁊ ideo circa
illā tene opi. Cano. vt no. in d. c. paſtoralis. ⁊ in Spe. de ap. §. in
5 qb⁹. ver. xvij. ⁊ vſ. ſeq. ¶ Vltimo †quero^e circa hāc legē, vtrum
e ſententia corporalis poſſit mādari executioni intra decē dies
q dant ad appellandū. Videt qđ nõ. j. nihil noua. ap. pē. l. j. cir
ca prin. ⁊ qđ ibi no. in gl. in verb. nouari. ¶ In cõtrariū videt
hic tex. qui dicit. ſtatim. ⁊ gloſſ. dicit hoc ſup verbo, pdūt. Et
pro hoc vide expreſſu; i l. addictos. C. de epiſco. audie. p quas
leges hoc tenet Guliel. de Cug. Non obſtat. l. j. j. nihil no. ap.
pē. qꝛ ibi loquit in ciuilibus. Ratio diuerſitatis eſt ſm eū, qꝛ in
criminalibus põt quilibet appellare pro reo l. nõ. j. de appel.
qđ in ciuilibus nõ eſt, in quibus nõ põt appellare, niſi tantū ille
cuius itereſt, l. a ſentētia. j. de appel. Spe. videt tenere cõtrariū
in titu. de execu. ſentē. §. videndū. ver. porro. Breuiter debetis
ſcire, ꝙ quedam eſt executio que fit a iure, vt ꝙ efficiat ſeruus,
vel infamis, ⁊ ſi ſimilia, ⁊ tunc talis executio fit ſtatim lata ſent
tentia, et hic, ⁊ l. quod ſtatum. ſ. e. ⁊ l. furti. in prin. ſ. de his qui
not. infa. Quedam eſt executio, que debet fieri ab homine, ⁊ iſta
vt puto, debet differri poſt decē dies, d. l. j. ⁊ quod ibi no. j. ni-
hil no. appel. penden. Non obſt. d. l. addictos. qꝛ ibi fiebat exe-
cutio ante., ⁊ male faciebat index, qui hoc faciebat. vel fere re
f nunciauerat appellationi, ^f ideo ꝑmittitur alijs appellare. Et
hoc videt ſentire gloſ. quod ſolū executio iuris fiat intra decē
g dies. ^g ⁊ hoc putarem verius de iure, ſed conſuetudine ſeruat
contrarium, quia illi decem dies non expectantur.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Qui vltimo. Dānati ad mortē efficiūt ſerui pene. Fal
lit ſi appellatū eſt. Itē fallit ſi ſentētia fuerit nulla. Itē ſi p ſen-
tentiā interlocutoriā ſit appellatū. hoc voluit Bal. in l. j. C. ex d
li. defun. Et dū ponit Bar. hic quid in bannitis, vide Bal. i l.
fi. C. ſi a non compe. iud. Si damnatus ad mortē euaſerit nõ po-
terit teſtari. Faciat ad i. l. ꝙ no. Bal. in l. ex ea cauſa. ſ. de poſtu.
⁊ vide Bar. in l. ſi is q. §. j. de teſt. Bar. ⁊ Bal. in l. j. C. d ſacro
ſan. eccle. ⁊ qđ no. Inno. in c. querenti. d offic. de leg. ⁊ no. Bar.
in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. ⁊ Imol. in d. l. ſi qs filio.
§. irritū. d iniuſto teſta. glo. ⁊ doc. C. de do. inter virum ⁊ vxorē
in authē. ſed hodie. ⁊ Bal. ⁊ Imol. in l. ſeruo legato. §. fi. de leg
primo. ⁊ Bal. in d. l. fi. C. ſi a nõ cõpe. iudi. Et ad hec vide Bar.
pulchre i l. ſi. eius. ſ. d teſta. ⁊ p Ro. in l. j. d re iudi. adde. Bart.
in l. non tantum. de appel.
b Alex. ¶ Quod itellige. An damnati ad mortem poſſint facere
teſtamentum, vide pulchre Bart. in l. ſi eius. ff. de teſtamen. ⁊
Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumatrini.
c Alex. ¶ Hodie corrigitur. An hodie dānati ad mortem effi-
ciātur ſerui pene, vide in l. ſi quis mihi bona. ff. d acqui. hered.
d Claud. de Seyſſ. ¶ Lex iſta. Idem ſententia priuationis offi
cij, dignitatis, aut iuriſdictiõis, ſʒ Felyn. i c. ceterum. d reſcript.
e Alex. ¶ Vltimo quero. An ſententia corporalis poſſit mādari
executioni intra decem dies, adde Bar. p illum tex. no. in l. nõ
tantum. de appella. vbi vide. Adde qđ no. Bal. poſt Bart. in l.
ſi quis. §. hi antē. ſ. d iniuſto teſta. per Bart. in l. ſi qua pena. ff.
de verborū ſigni. ⁊ Bal. in d. l. fi. ſi a non competen. iudic. p Ro
ma. in l. j. d re iudic. ibi. breuiter dbetis ſcire, ꝙ quedā executio,
⁊c. vide quod no. i l. fi. C. ſi a nõ competē. iudic. Adde Bar. poſt
Guli. i l. fur. §. j. ff. de fur. Bal. Ang. ⁊ domi. Ioā. in l. q a latro
nibus. §. j. ff. de teſta. Bald. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. p
conſul. ⁊ in l. addictos. C. de epiſcopali audien. ⁊ no. in c. ſi qñ. d
offic. de lega.. Bar. in l. j. C. ex delic. defunct. ⁊ quod no. Bart. i
l. non tantum, j. de appella. Inno. in c. querenti. de offic. de le-
gat. Bar. in rub. de re iudic. iuxta fi.
f Alex. ¶ Renunciauerat appellatiõi. Iſtud dictū reputat mul-
tū not. ad limitationem gloſſ. no. in l. pactum. ſ. de pactis. ⁊ dic
vt dixi in l. non tantum. de appella. per Bar. in l. cuſtodias. ſ. d
publi. iudic.
g Claud. d Seyſſ. ¶ Decem dies. Ita etiam tenet Panor. i ca.
querenti. de appell. lʒ gl. notet ibi, ꝙ ſtatim poſſit fieri executio,
vide etiā Bal. in cap. j. circa fi. de off. deleg. vbi idem. tʒ quo.
Bar. ſed limita vt ibi.

LEX XXXII.

1 ¶ Sententia refertur ad libellum.
Lex mitior in dubio videtur intentata.
2 Libellus incertus ex circumſtantijs nõ declaratus pcedit in cr
minalibus. qꝛ poterit in proceſſu declarari.
Libellus, accuſo te qđ percuſſiſti me cum enſe procedit, lʒ non
dicatur in qua parte corporis, vel cum ſanguine.
Damnatus lege Iul. de vi priuata infamatur.

a SI preſes. ^a Not. ꝙ ſententia refert ad libel-
1 lum. ¶ Secundo no. ꝙ in dubio
videtur intentata lex mitior, vt hic. Dicitur hic ſi p-
ſes ita interlocutus ⁊c. Cõtra, ex interlocutoria quis
non infamatur l. verbum. ⁊ l. interlocutorio. C. de his q no. infa
mia. Solu. qđ hic dicit, interlocutus eſt intellige diffinitiue. Ad
hoc facit C. de ſenten. l. poſt ſentētiā. Cõtra hoc ex gl. op. primo
put loquit in interdicto. iſta ſentētia nõ põt dici diffinitiua, qꝛ
ꝯtinet incertū. nõ enim dicit circa quā rem vis ſit ꝯmiſſa, ⁊ ideo
non declarat qd veniat in reſtitutiõe. ergo ſentētia nulla vt C.
de ſenten. que ſine certa quanti. p totū. Solu. debes intelligere
ꝙ hic dicat vim feciſti. ſ. vim obiectā in libello, ⁊ ſic p rationem
ad libellū, vt l. ait pror. §. j. ſ. de re iudicata. ⁊ qđ ibi plene dixi.
¶ Itē op. ad idē, ut hec ſententia refert ad accuſationē crimi
nalē. Nam vis quedā eſt licita, quedā illicita vt pbat in l. credi-
tores. C. de pigno. ergo ſi iudex pnunciat, vim feciſti, nõ ſequit
ergo es puniendus, l. j. §. j. ſ. ad Turpil. ⁊ ibi dixi. Reſpondeo
eodē modo. qđ hic dicit vim feciſti. obiectā in libello. ita qđ ad
illam ſe retulit vel expreſſe, vel ex preſumptione iſtius legis.
¶ Vltimo videt qđ iſta lex in fi. ſui male dicat, vbi dicit, vtriuſ-
que crimina obiecta ſunt. Cõtra i l. ſenatus. ſ. de accuſatio. vbi
dicit, qđ qs non põt accuſari diuerſis legibus. Solut. qđ hic di
cit, vtriuſqʒ legis crimina ſunt obiecta, id eſt crimen, qđ põt vt
raque lege puniri ſm diuerſas circumſtantias. vt ſi fuiſti accuſa
tus qđ aliquē deieciſti, inferendo ſibi violentiā, nec dixit cū ar-
mis, vel ſine armis, ⁊ ſic põt vtraque lege cõprehendi ſm diuer
b ſas qualitates, tūc intelligit mitior, ^b ita loqtur hic. Ex quo not.
2 † qđ in criminalibus pcedit libellus pcircumſtātias nõ declara
c tus ^c ⁊ poterit poſtea in proceſſu declarari ſʒ ſi non declarat. mi
tior intelligit, vt hic. Sʒ ſi omitteretur aliqd de ſubſtantialib⁹
que reqruut in libello. l. libellorū. ſ. de accuſ. tunc libellus nõ p
cederet, vt vidiſtis in d. l. libellorū. §. qđ ſi libelli. Ex hoc appa-
ret qđ pcedit talis libellus, ^d accuſo te qđ pcuſſiſti me cū enſe,
etiam ſi non dico in qua parte corporis ⁊ etiam ſi non exprimo
cum ſanguinis effuſione. vel ſine. ¶ Vltimo. Hugo dicit per
3 hanc † legem, quod damnatus lege Iulia de vi priuata non infa
matur, ſed male dicit, ⁊ reprehenditur hic in gl. vt plene appa-
ret in ea gl.

ADDITIONES.

